



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

Ad Illvstriss. Car. Borgiam Gandiae Dvcem, Lombaiae Marchionem, Et
Olivae Comitem Andreas Schottvs Societatis Iesv Sacerdos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

AD ILLVSTRISS.
CAR. BORGIAM
GANDIAE DVCEM,
LOMBAIAE MARCHIONEM,
ET
OLIVAE COMITEM
ANDREAS SCHOTTVS
Societatis IESV Sacerdos.

 ITAM FR ANCI-
SCI BORGIAE,
prooui tui, CARO-
LE Dux, qui Societatis no-
stræ tertius ab Ignatio fa-
miliam duxit, Gandia, te
hortante, Latinè scribere
ingressus, Romæ ad exitum
adduxi, & in tuo nomine,
duabus potissimum de cau-
sis, apparere volui. Primū,
Superiorum iussu, qui hanc
qualemcumque exstare vo-
lue-

BORGIA M.

Iuerunt grati animi testifi-
cationem erga gentem Bor-
giām : è qua Franciscus So-
cietatem recens tūc ortam.
accessione sua mirificè illu-
strauit. Deinde, quod in eā
spem venerim, fore, vt, cū
magna sit in omnē partē ad
bene, beateq; viuendū vis
exemplorum ; maiorē tibi,
Socijsq; nostris fructum do-
mestica exempla sint allat-
tura. Tibi quidem, quod, vt
in atrijs maiorū tuorum
mutas imagines , & signa
spectare soleas, hanc ipsam
proaui tui spirātem pœne,
ac loquentē effigiem , ea te
animi alacritate acceptū
confidam , qua me olim de-

A 2 Prin-

AD CAROL.

Principis officio, è M. Tullij, Philosophorumq; libris quotidie differentē audire consueras. Sociis verò nostris, hæc ipsa exempla non mediocre credantur: emolumētum allatura: q; ea Parentis optimi expressa pietatis vestigia intuebuntur, quibus dum insistere volēt, velle autem debēt, minimè degenerasse à maioribus videri possint. De me, illud affirmare licet, lacrymas mihi persæpe scribēdo manasse: dum me tacitus ipse tanti exemplo viri castigo. Quin & ad alios, vt coniuges, vt nobiles viros, hinc est peruentura, cupio quidē

CER-

BORGIA M.

certè, vtilitas. Legendis e-
nīm nostris, obseruabūt re-
rum humanarum, honorū-
que despicientia, veram a-
nimī tranquillitatem, atq;
adeò voluptatem contine-
ri: quas artes veterum Phi-
losophorū natio iuestigā-
do quæsiuit, sed quæsiuit tā-
tum; Christiana verò disci-
plina, atq; Religio, inuenit,
ac possidet. His & illa cau-
sa accessit: Cū Ignatij Loio-
læ, & Francisci Xauerij, in-
nocentissimorū virorū, res
domi, forisq; sancte gestas,
Latinè à tribus Societatis
nostræ disertis hominibus,
Ribadentira, Maffeio, ac
Tursellino scriptas vidcrē.

A 3 meas

AD CAROL.

meas esse partes duxi, licet
conatu impari, pari tamen
volūtate, quæ de FRANCI-
SCI vita, legendo præclara
Petri Ribadeneiræ monu-
menta, sciscitandoq; pridē
didicissem, Latino posteris
sermone transcriberem: q
in ijs Edetanorum, Cōsen-
tanorumq; locis diu, mul-
tūq; versatus essem, quibus
ille abdicatis iam honorū,
bonorumq; titulis, penitus
abdens se diuinæ Philoso-
phię primū cōsecrarat. La-
tinè vero scribendum duxi:
q cum Hispana lingua suis
finibus continetur, Latina
ab omnibus propè gētibus
legatur, intelligaturq; & res
abil-

BORGIA M.

ab illo præclare gestæ, dī-
gnæ planè sīnt, quæ ab o-
mnibus gentibus cognoscā-
tur. Sylū vero studio sic tē-
perauit, ut piij, & Religiosi
viri res gestas, historiāq; Ec-
clesiasticā scribi à me per-
petuo meminisse. Salu-
stianā quidem breuitatem
secutus; sed obsoletis, & ni-
mis antiquis vocib⁹, quas ē
M. Catonis Originibus ille
hauserat, valere iussis: le-
gi simul & intelligi exoptās.
Doctis certe ne sermo agre-
sti radio esset, sedulo cani;
semidoctis vero ne mole-
stiā obscura dictio pareret,
operam dedi. In interpre-
tando M. Tullij, & Horatij

A 4 regu-

AD. CAROL.

regula sum vsus, ne verba
annumerāda, sed sentētias
modo, nihil vt omittere, ap-
pendēdas existimarem. Ad
veritatis autē fidem omnia
retuli, nō ad pompā, ostend-
tationēq; ingenij: vt milita-
res olim cōciones solent; in
quibus Sallustiū, Liuiumq;
Sex. Pōpeius Tr̄ogus apud
Iustinū, quod Historiæ mo-
dū excesserint, reprehendit.
vel deniq; fūnebres lauda-
tiones; quibus ijdē Cicero,
& Liuius factā esse Historiā
mendosiorem meritō que-
runtur. Habes quid sim se-
cūtus. Iam hoc agamus; & à
pueritia, de more, paulo al-
tius ordiamur.

DE-